



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Pia Desideria**

**Hugo, Hermann**

**Mediolani, 1634**

VI. Peccau: quid faciam tibi, ò custos hominum! quare posuisti me  
contrariu[m] tibi? lob. 7.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43734**



Peccavi. Quid faciam tibi, Oculus los hominum:  
quare posuisti me contrarium tibi. Tob. 7.

C. Blanckus f.

- 6 -

## V I.

Peccavi : quid faciam tibi ô custos hominum ;  
quare posuisti me contrarium tibi ? Job. 7.

**E**t iuuat, & merui : pleno scelus ore fate&dū est,  
Culpa mea est nullo digna patrocinio ,  
Peccavi ; fateor ; nec quamale crima feci ,  
Ulo fucari posse colore, puto .  
Nec mihi dedecoris metus est , aut cura pudoris ,  
Publica flagitijs debita pœna meis .  
Ecce manus ultrò supplex tibi porrigo vietas ,  
Quæ mihi sit , tantum pœna luenda, rogo .  
Quid tibi vis faciam ? Vis trudam pectus in enses ?  
Aut cladi statuam mœsta tropheamea ?  
Vis tua centenis cumulari altaria libis ?  
Aut pia fumosis turamicare focis ?  
Aut meus ipse tuas manis , crux imbuat ards ?  
Hostia criminibus substituenda meis ?  
Ah, foret illa mea vix par quoque victima noxa !  
Namque meo est, omnis criminis pœna minor .  
Non tamen est saevas tantus tibi feruor in iras .  
Quas lenire cruor solus & ara queant .  
Sæpe iuus parti superata & mucro pepercit .  
Et conservato nomen ab hoste tulit .

D

Non

Non sinit ingenium tantos tibi surgere motus,  
 Quantis pro merito culpa pianda foret.  
 Obone terrigenum custos, tutelaque mundi  
 Publica, suspendit tot cui vota salus;  
 En tua se media clementia monstrat in ira,  
 Quaque manu gladios, has quoque tendis opem.  
 Si pateris (quamuis summo mea causa patroni  
     Eloquio melior nullius esse queat)  
 Pauca tamen pro me, vel pro te (quod magis optē)  
     Netua fors etiam sit mala causa, loquar.  
 Non nego, peccavi; communis at hic fuit error:  
     Damna ne communis criminis una luam?  
 Cūm ruerent alij, male quo suus impetus illos  
     Impulit, in flamas Bacche Venusque tuas?  
 Dextra suum fulmen, quamuis vibrata, remisit,  
     Tensaque pro gladio lenis oliua fuit.  
 Cur mihi perpetuo contra aduersare duello,  
     Ceu gladiator ego, tūque lanista fores?  
 Non satis est, culpam fassas tibi tendere palmas,  
     Criminibusque iram promeruisse tuam?  
 Quid, quod et egregij dederim tibi muneris ansam,  
     Materies laudis, dum mea culpa, tua est.  
 „Nam nisi peccasset, quid tu concedere posseſ?  
 „Clementis nomen, non habiturus eras.

GRE-

LIBER PRIMVS. 51

GREGORIVS.

*In c. 7. Job. lib. 8. c. 22.*

**T**V M sibi contrarium Deus hominem posuit, cum homo Deum peccando dereliquit; iustus vero conditor hunc sibi contrarium posuit, quia inimicum ex elatione depuit.



D 2 CIP